

IHS

[illegible]

[illegible]

noli facere que potes
noli credere que audis
Noli contemnere que vides
Noli dicere que scis

119


19. V. 119



OFFICIVM QVINDECIM Graduum, PASSIONIS CHRISTI, Et Compassionis B. V. MARIAE.

COLLECTVM,

A R^mo Patre, Philippo Gesualdo, Generali Minorum Conuentualium: & à Mart. SZyscouio C. C. Authoritate Illustriß. Principis Cardinalis Radziuil, Antistitis optimi, in Congregationem Compaßionis Christi, & pœnitentiũ Cracouiæ erectæ, introductum. 1595.



OFFICIVM QVINDECIM Graduum, PASSIONIS CHRISTI Et Compasſionis Beatæ MARIĘ virginis.

CONGREGATI Fratres in Oratorio, *accenſis duabus candelis, & in Altari iuxta Crucifixum poſitis, dato ſigno à Rectore, & dicto Pater noſter, & Aue Maria, Præfectus Congregationis, genu flexo ad gradus Altaris, dicet.*

FRatres, præparate corda

vestra Domino: consciẽtias vestras sollicitè discutiendo, peccata cõmissa, cum lachrymis recogitando: humiliq; contritione veniam à Domino petendo, spiritum ab omnibus mundi curis segregatum, pura intentione, ad Dominum dirigendo. Per Christum Dominum nostrum. Resp. Amen.

FAciendum est examen conscientiæ cum discursu mentali: & dato postea signo à Rectore, Præfectus Cõgregationis dicet.

OREMVS

Dulci-

DVlcissime & piissime Domine Iesu Christe, qui vulneratus es propter iniquitates nostras, attritus es propter scelera nostra, vt amarissimæ passionis tuæ liuore sanaremur: præsta nobis famulis tuis, ãte Maiestatem tuam prostratis, humiliter veniam petentibus, peccatorum omnium quæ perpetrauimus, remissionem. Imprime cordibus nostris tuæ sanctissimæ Passionis memoriam,

vt eam præ oculis, die, noctuq; semper habeamus, & compatiendo & patiendo efficaciter imitemur, quatenus doloris tui participes, etiam cœlestis consolationis, possimus esse cōsortes. Qui viuis & regnas in sæcula sæculorum. Am.

FInita Oratione accendentur aliæ candelæ, & duo ex fratribus, genibus flexis āte Altare, dicant uersiculum quindecim graduū. Cœteri uerò fratres genibus flexis dicāt Responso: Miserere nostri, &c. percutiendo pectus. Et post quēlibet Gradum fiat aliquantulum Meditatio supra punctum propositum in uersiculo, aut dicatur Pater noster, & Aue Maria.

I. Gradus.

℣. IESV dulcissime, in horto mœstus: Patrem orans, & in agonia positus, sanguineum sudorem effundens. Miserere nobis.

℟. Miserere nostri Domine. Miserere nostri.

Pater noster. &c.
Aue Maria. &c.

II. Gradus.

℣. IESV dulcissime, osculo traditoris, in manus impiorum traditus, & tanquã latro captus, & ligatus, & à Discipulis omnibus derelictus Miserere nobis.

℟. Miserere no. Domine, Miserere nostri.

Pater noster. &c.
Aue Maria. &c

III. Gradus.

℣. IESV dulcissime, vinculis alligatus, sicut agnus innocens ad victimam ductus; & in conspectu Annæ, alapa percussus. Miserere nobis.

℟ Miserere nostri Domine, Miserere, &c.

Pater noster. &c.
Aue Maria. &c.

IIII. Gradus.

℣. IESV dulcissime, ad Caipham ductus, noctē insomnem in opprobriis agēs, alapis & sputis, facie deturpatus, & benigno oculo Petrū respiciēs. Miserere nobis

℟. Miserere nostri Domine Miserere nostri

Pater noster. &c.

Aue Maria &c.

V. Gradus.

℣. IESV dulcissime ab impio Iudęorum cōcilio, reus mortis acclamatus, ad Pilatum tāquā male factor ductus, & ab iniquo Herode spretus & delusus. Miserere nobis.

℟. Miserere nostri Domine, Miserere. &c.

Pater noster. &c.

Aue Maria &c.

VI. Gradus.

℣ IESV dulcissime, vestibus denudatus, & in colũna crudelissimè flagellatus. Miserere nobis.

℟ Miserere no. Domine Miserere nostri.

Pater noster. &c.
Aue Maria &c.

VII. Gradus.

℣. IESV dulcissime, spinis coronatus, colaphis cæsus, arũdine percussus, facie velatus, veste purpurea indutus, multipliciter derisus, & opprobriis saturatus. Miserere nobis.

℟. Miserere n. &c.

Pater noster. &c.
Aue Maria. &c.

VIII. Gradus.

℣. IESV dulcissime Latroni Barrabæ postpositus, à Iudæis reprobatus, & ad mortem crucis iniustè condēnatus. Miserere nobis.

℟. Miserere nostri Domine. Miserere nostri.

Pater noster. &c.
Aue Maria. &c.

IX. Gradus.

℣. IESV dulcissime ligno crucis oneratus, & ad locum supplicii, sicut ouis ad occisionem ductus. Miserere nobis.

℟. Miserere nostri Domine, Miserere nostri.

Pater noster. &c.
Aue Maria. &c.

X. Gradus.

℣. IESV dulcissime, clauis cruci affixus, pedibus & manibus conclauatus, & præciosum sãguinem effundens. Miserere nobis.

℟. Miserere nostri Domine, Miserere nostri

Pater noster. &c.
Aue Maria. &c.

XI. Gradus.

℣: IESV dulcissime, inter latrones deputatus blasphematus, & derisus, felle & aceto potatus, & horribilibus tormẽtis, ab hora sexta, vsq; ad horam nonam, in ligno cruciatus, Miserere no.

℟. Miserere nostri. &c

Pater noster. &c,
Aue Maria. &.

XII. Gradus.

℣. IESV dulcissime, hora nona, cum clamore valido, & dulcissimis lachrymis, teipsum pro nobis patri offerens, capite inclinato spiritū emittens. Miserere nobis.

℟. Miserere nostri Domine, Miserere nostri.

Pater noster. &c.

Aue Maria. &c.

XIII. Gradus.

℣. IESV dulcissime, in patibulo crucis mortuus, &coram tua benedicta matre, lancea perforatus, simul aquam & sanguinē emittēs. Miserere nobis.

℟. Miserere nostri Domine, Miserere no.

Pater noster. &c.

Aue Maria. &c.

XIV. Gradus.

℣. IESV dulcissime, à cruce depositus, & lachrymis mœstissimæ virginis matris tuæ perfusus. Miserere nobis.

℟. Miserere nostri Domine, Miserere nostri,

Pater noster. &c.
Aue Maria. &c.

XV. Gradus.

℣. IESV dulcissime, plagis circũdatus, quinque vulneribus signatus, aromatibus cõditus, & in sepulchro repositus. Miserere nobis.

℟. Miserere no. Domine, Miserere nostri.

Pater noster. &c.
Aue Maria. &c.

His finitis, sermo fiat breuis, & compunctiuus, aut de paßione Christi, accipiendo pro subiecto materiam aliquã ex prædictis Gradibus, aut de quatuor nouißimis, applicando semper sermonẽ ad paßionem SALVATORIS nostri. Quo finito, omnes genua flectant. Præfectus uerò congregationis ante altare dicet.

FRatres, sit ante oculos cordis vestri amarissimus ille martyrii, & passionis Domini nostri IESV CHRISTI dies, quando sol obscuratus est, & tenebræ factæ sunt super vniuersam

terram, ab hora sexta, vsq; ad horã nonam. Et de profundis tenebrarum, cum fletu, & planctu, clamate ad Dominum, & miserebitur vestri: quia benignus & misericors est, & non vult mortem peccatoris: sed vt cõuertatur & viuat. Per eundem Christum Dominum nostrũ. Res. Am.

DVm Lector dicit hæc uerba; Sacristiani extinguunt omnia luminaria excepto eo, quod in lucerna continebitur, quod ibi antequam inceptum fuerit officium imponatur.

PRæfectus Congregationis ter lento gradu proferendo uerba, & ſemper eleuando uocem, dicet ſequentem Verſum & toties chorus idem faciet percutiendo pectus, circa hæc uerba: Miſerere nobis.

Verſ. Sanctus Deus, Sãctus fortis, Sanctus & immortalis, Miſerere nobis.

PRæfectus Congregationis dicet.

FRatres, apprehẽdite diſciplinam, ne quando iraſcatur Dominus, quòd carnem veſtram exemplo vnigeniti filii ſui non mortificaueritis. Recolite quæſo

flagella

flagella & cruciatus, quæ pro nobis dulcisſimus Rex noſter CHRISTVS ſuſtinuit: eiusq; amore, animas veſtras coram Deo libenter humiliate. Per eundẽ Chriſtũ Dominum noſtrũ. Reſp. Amen.

CHRISTVS humiliauit ſemetipſũ, factus pro nobis obediens, vſq; ad mortem, mortem autẽ crucis.

OStenditur deinde Crucifixus in lucerna, & Fratres diſciplinam facient, prout Dominus illis inſpirauerit. Duo

 verò

uero ex fratribus alternatim uoce alta & mœsta dicant Psalmum, Miserere mei Deus, &c. Et finito psalmo, iidem duo fratres dicant Versum, A peste &c. ter alternatim & gradatim, proferendo uerba eleuent uocem.

Miserere mei Deus: secundum magnam misericordiam tuam. Et secundum multitudinem miserationum tuarum: dele iniquitatem meam. Amplius laua me ab iniquitate mea: & a peccato meo munda me. Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: & peccatum meum contra me est semper. Tibi soli peccaui, & malum coram te feci: vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: & in peccatis concepit me mater mea. Ecce enim veritatem dilexisti: incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi. Asperges me Domine hyssopo & mundabor: lauabis me,

& super niuem dealbabor. Auditui meo dabis gaudium & lætitiam: & exultabunt ossa humiliata. Auerte faciem tuam a peccatis meis: & omnes iniquitates meas dele. Cor mundum crea in me Deus: & spiritum rectum innoua in visceribus meis. Ne proiicias me a facie tua: & spiritum sanctum tuum ne auferas a me. Redde mihi lætitiam salutaris tui: & spiritu principali confirma me. Docebo iniquos vias tuas: & impii ad te conuertentur Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meæ: & exultabit lingua mea iustitiam tuam. Domine labia mea aperies: & os meum annunciabit laudem tuam. Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem vtique: holocaustis non delectaberis. Sacrificium Deo spiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum Deus non despicies. Benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion, vt ędificentur muri Ierusalem. Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ, oblationes & holocausta,

tunc imponent super altare tuum vitulos. Gloria Patri, & Filio, &c.

Ver. A peste, fame, & bello. Resp. libera nos D.

FActo aliquantulum silentio dicat.

CHRISTVS factus est pro nobis obediens, vsque ad mortem, mortem autem crucis.

PRæfectus Congregationis Orationem sequentem dicat.

REspice quęsumus Domine super hanc familiam tuam, pro qua Dominus

noster IESVS CHRISTVS non dubitauit manibus tradi nocentiũ, & crucis subire tormẽtũ. Qui tecũ &c.

OStenditur deinde imago Pietatis in lucerna, & dicat unus ex Fratribus Planctum Mariæ Virginis cum uoce demißa, & mæsta.

STabat mater dolorosa,
Iuxta crucẽ lachrymosa,
Dum pendebat filius.
Cuius animam gemẽtem,
Contristãtẽ & dolẽtem,
Pertransiuit gladius.
O quam tristis & afflicta,
Fuit illa benedicta,

Mater vnigeniti.
Quæ mœrebat & dolebat,
Et tremebat, cũ videbat
Nati pœnas inclyti.
Quis ẽ hõo, qui nõ fleret,
Christi matrẽ si videret,
In tanto supplicio.
Quis nõ posset cõtristari,
Piã matrem contẽplari,
Dolentem cum filio?
Pro peccatis suæ genris,
Vidit Iesum in tormẽtis
Et flagellis subditum.
Vidit suum dulcem natũ,
Morientem desolatum,
Dum emisit spiritum.

DEinde abscondatur imago pietatis, & facto aliquantulum silentio, Præfectus congregationis dicat sequentes uersiculos, gradatim dicendo, & eleuãdo uocẽ.

Ver: Dominus illuminatio mea.
Res. Et salus mea, quem timebo?
Ver. Quoniam tu illuminas lucernã meã Domine.
Res. Deus meus illumina tenebras meas.
Ver. Ostende nobis Domine misericordiam tuã.
Res. Et salutare tuum da nobis.

Ver. Domine Deus virtutum conuerte nos.
Reſ. Oſtende faciem tuã, & ſalui erimus.
Ver. Deus miſereatur noſtri & benedicat nobis.
Reſ. Illuminet vultum ſuum ſuper nos, & miſereatur noſtri.

Oſtenditur poſtea Veronica SALVATORIS *noſtri in lucerna, Et unus ex fratribus dicet uel canet lamentabili uoce infraſcriptam ſalutationem, quæ poterit intermitti propter anguſtiam temporis.*

SALVTATIO

SAlue tremendum cũctis pote-

poteſtatibus caput Domini IESV CHRISTI Saluatoris noſtri, pro nobis ſpinis coronatum, & arundine percuſſum.

Salue ſpecioſiſsima Saluatoris noſtri IESV CHRISTI facies, pro nobis ſpinis & alapis cæſa.

Saluete benigniſsimi Domini IESV Chriſti Saluatoris noſtri Oculi, pro nobis lachrymis perfuſi.

Salue mellifluum os, gutturq; ſuauiſsimum Domini noſtri IESV CHRI-

STI pro nobis felle & aceto potatum.

Saluete aures nobilissimæ Domini IESV CHRISTI Saluatoris nostri, pro nobis contumeliis & opprobriis affectæ.

Finita Salutatione, Præfectus Congregationis dicet.

Ver. Ecce Deus Saluator meus.

Res. Fiducialiter agam, & non timebo.

Ver. Protector noster aspice Deus.

Res. Et respice in faciem Christi tui.

Ver. Fiat misericordia tua Domine super nos.

Res. Quemadmodum sperauimus in te.

℣. In te Domine speraui.

Res. Non confundar in æternum.

Hic fiat aliquantulũ silentium. Postea Præfect sCongregationis proponat eos, uel ea negotia, pro quibus uult ut fratres tota hebdomada orẽt: sed inprimis dicet.

Orate fratres

P.o ANTISTITE nostro.

P.o REGE.

P o filio regis WLADISLAO

Qui eo die natus quo congregatio hæc Cracouiæ institui & fundari cœpit: & fratribus celebrari solet.

Ver. Nunc dimittis seruũ tuum Domine.
Res. Secundum verbum tuũ in pace.
Ver. Quia viderunt oculi mei. Res. Salutare tuũ.
Ver. Quod parasti ante faciem omnium populorũ.

TAndem ostenditur lumen, & accendẽtur omnes cãdelæ: & Præfectus dicat.

Ver. Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israel.

Vers.

Ver. Gloria Patri, &c
Res. Sicut erat in prin, &c
Kyr. eley. Chr el. Kyr. el.
Pater noster, &c
Ver. Et ne nos inducas in tentationem.
Res. Sed libera nos á malo
Ver. Domine exaudi orationem meam.
Res. Et clamor meus ad te veniat.
Ver. Dominus vobiscũ.
Res. Et cũ spiritu tuo:

OMnes genibus flexis uná cũm Præfecto Congregationis ante Altare ad pedes Crucifixi, posito in ultimo Altaris gradu, dicat Orationem sequentem.

Oremus

Oremus.

DVlcissime, & piissime Domine IESV CHRISTE, qui pro redemptione mundi voluisti in horto mœstitia & agonia affici, sanguineo sudore rigari, traditoris osculo tradi, vinculis alligari, sicut agnus innocēs ad victimā duci, in conspectu Annæ alapa percuti, in domo Caiphæ, à Petro negari, & opprobriis vexari, à Iudæorum concilio reus mor-

tis acclamari, corā Pilato falsis testibus accusari, ab Herode sperni, vestibus exui, in columna flagellari, spinis coronari, colaphis cædi, arundine percuti, facie velari, veste purpurea indui, multipliciter derideri, opprobriis saturari, á Iudæis reprobari, ad mortē crucis condēnari, ligno supplicii onerari, tanquam ouis ad occisionem duci, cruci clauis affigi, in cruce leuari, inter latrones deputari,

felle & aceto potari, tribus horis in patibulo cruciari, hora nona mori, lancea vulnerari, á cruce deponi, lachrymis sáctisſimæ genitricis tuæ perfundi, aromatibus vngi, & in ſepulchro cuſtodiri. Tu domine per hanc ſanctiſsimã paſsionem, & mortem tuam, quã nos indigni peccatores recolimus, exaudire digneris preces noſtras, quas pro noſtra vel aliorum ſalute hodie, & quotidie, ante conſpectũ

tuæ maieſtatis humiliter effuderimus. Agimus tibi gratias dulciſsime IESV, pro vniuerſis donis & beneficiis, quibus nos, & fratres noſtros tua pietate cumulare dignatus es. Et pro noſtro modulo tibi gratias reddere cupientes nos, noſtraq; omnia, præſẽtia, & futura, obſequio ſãcto tuo humiliter exhibẽtes, ſuppliciter expoſcimus; vt per merita viuificæ crucis & mortis tuæ, corda, deſideria, actus, &

voluntates nostras, ad perfectam obedientiam cælestium mandatorum, & diuinæ voluntatis tuæ efficaciter inflāmare, opportuneq; fouere, & vsque in finem protegere digneris. Mane Domine IESV nobiscum semper, vt tecum tibi omnibus diebus vitæ nostræ fideliter seruiamus perseueranter placeamus, & demùm tua charitate firmati, & bonis operibus adhærentes, illuc á te feliciter perducamur, quò la-

tronem tecum crucifixum perduxisti. Intercedente Beata Virgine Maria matre tua, cuius sanctissimā animam in hora tuę passionis doloris gladius pertransiuit. Intercedēte Beato Francisco Confessore tuo, in cuius carne prærogatiua mirabili passionis tuę sacra stigmata renouasti. Intercedēte Beato Antonio Confessore tuo, qui crucis mortificationē iugiter in suo corpore, pro tui nominis honore por-

tauit. Qui viuis, & regnas in ſecula ſeculorum. Reſ. Amen.

Surgens Præfectus & ſtans, dicat Orationem ſequentem.

Oremus.

VIſita, quæſumus Domine, Mũdum hũc, quem verbo tuo mirabiliter creaſti, & verbi incarnati paſſione miſericorditer recreaſti: & eiuſdem vnigeniti filii tui paſsione intercedente, Eccleſiam tuam ſanctam rege, guberna, &

exalta, eius Paſtorem cuſtodi, gregem ſuum defende, Principes Chriſtianos concordes effice, feritatem inimicorum ſanctæ fidei comprime, baptizatos milites victores redde, bella debella, & pacem tuam noſtris concede temporibus: vt fideliter tibi omnes gradus deſeruiant: purgentur errores, evellantur hæreſes, diſsipentur idolatriæ, cõuertantur peccatores, perſeuerent vſque in finẽ iu-

ſti: flagella iræ tuæ, quæ pro peccatis noſtris meremur, auerte: cunctis Chriſtianis viuis & defunctis, pro quibus preces effundere teneremur, vel decreuimus, tua pietate ſuccurras, viuis vniuerſis ſempiterna bona retribuas, & omnibus fidelibus defũctis, requiem æternam cõcedas. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum Reſ. Amen.

Omnes genibus flexis, & inclinato capite uſque ad terram, dicant: Adoramus

mus te Chriſte, &c. Et poſteá accedant fratres bini & bini cum magna deuotione, ad oſcula pedum Crucifixi poſiti in ultimo gradu Altaris, circundati quinque candelis accenſis: & dum fiet adoratio Crucifixi, dicatur ſequentia: Virgo uirginum Maria, &c.

ADoramus te DOMINE IESV CHRISTE, & benedicimus tibi, quia per ſanctã crucem & paſsionem tuã redemiſti mundum.

Reſ. Miſerere nobis.

Ver. Tuam crucem adoramus Domine, tuam glorioſam recolimus paſsionẽ, miſerere noſtri, qui

passus es pro nobis.
Res. Miserere nobis.

SEQVENTIA.

VIrgo virginum Maria,
Sancta mater Dei pia,
Fons misericordiæ.
Fac vt ardeat cor meum
In amãdo CHRISTVM Deum
Vt tibi complaceam.
Sancta mater istud agas,
Crucifixi fige plagas,
Cordi meo validè.
Tui nati vulnerati,
Tã dignati pro me pati,

Pœnas mecũ diuide,
Fac me verè tecũ flere,
Crucifixo condolere,
Donec ego vixero.
Iuxta crucẽ tecum stare,
Te libenter sociare
In planctu desidero.
Virgo virginũ præclara,
Mihi iã nõ sis amara,
Fac me tecũ plãgere,
Fac vt portem CHRISTI mortem,
Passionis eius sortem
Et plagas recolere.
Fac me plagis vulnerari,
Cruce hac inebriari,

Ob amorem filii.
Inflammatus & accensus,
Per te virgo sim defẽsus
In die iudicii.
Fac me cruce custodiri,
Morte CHRISTI præ munri
Confoueri gratia,
Quãdo corpus morietur,
Fac vt animæ donetur
Paradisi gloria.
Res. Amen.

F*inita adoratione, Præfectus Congregationis genibus flexis ad Altare dicet.*

Ver. Emitte spiritum tuũ, & creabuntur.

Res. Et renouabis faciem terræ.

Ver. Veni sancte spiritus, reple tuorũ corda fideliũ.

Res. Et tui amoris in eis ignem accende.

Oremus.

CLementissime Deus, q hanc congregationem ad glorificandum nomen sãctum tuum, vt vnigeniti filii tui passionem, sanctissimæq; genitricis tuæ cõpassionem venerandam, adunari voluisti: emitte spi

ritum ſanctum tuum de cælis, qui eam cuſtodiat, foueat, promoueat, protegat, viſitet ſemper, & defendat. Et ne des habere congregationem iſtam in deriſionē: ſed ad tui gloriam ſalutaribus incremētis ita conſerues, vt in caſtitate, puritate, charitate, deuotione, compunctione, perſeuerentia, & humilitate, tibi ſemper famuletur. Et ſi quid in ea dignum laude geſtum fuerit, propitius reſpice: &

quod negligenter actum erit, clementer ignoſce. Qui in Trinitate perfecta viuis & regnas in ſecula ſeculorum. Reſ. Amen

Hic fiat aliquantulum ſilentium dicendo Pater noſter, & Aue Maria.
Poſtea ueró facto ſigno á Rectore, quilibet in ſilentio diſcedat ex Oratorio.

FINIS.

OFFICIVM HOC, ſingulis feriis ſextis, poſt horam vigeſimã ſecundam, in Monaſtario S. Franciſci celebrabitur.

Cracouiæ.
Cum gratia & Priuilegio S. R. M.
In Officina Lazari:
1606.

Oddział Konserwacji
Bibl. Jag.
2001 r.

